



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 38. Sessio proxima per decretum indicta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

probabatur, quod in uno, alterove De- Sæc. XVI.
A.C. 1563.
creto Cardinales nominati fuerint.

§. XXXVII.

*Hæc de c r e t a a Legatorum primo
a p p r o b a t a .*

Postquam omnium animadversiones fuerant exceptæ, cum jam instaret secunda noctis hora, atque ob temporis angustias quivis articulus cum aliis conferri non posset, Cardinalis Moronus Legatorum primus alta voce ita pronuntiabat: „Decreta omnia ferme „ab omnibus comprobantur, complu- „res tamen in variis Decretis anno- „tationes quasdam, declarationesque „addiderunt, quæ rem ipsam non mu- „tant: insuper in secundo etiam, & in „tertio, in quinto, atque in sexto Ca- „pite quædam adnotata sunt, quæ jux- „ta majoris numeri vota compo- „nentur, & æque habebuntur, ac si „fuissent in præsenti Sessione composita, „ac definita. „

§. XXXVIII.

Sessio proxima per decretum indicia.

Denique ab Episcopo, qui Sacris ope- Pallau. n. 12.
rabatur, prælecta fuit indictio Sef-
sionis proximæ, ac postremæ, cui nona
Decembris dies præfixa est, ita tamen,
ut Patres hoc tempus contrahendi, vel

Sæcul. XVI.
A.C. 1563

Sessionem præveniendi facultatem sibi reservarent, si id vel consultum videatur, vel quæstiones citius plene discussæ fuerint. Ceterum hoc decretum his verbis erat conceptum: „Insuper „eadem sacrosancta Synodus proximam „futuram Sessionem feria quinta post „Conceptionem beatæ Mariæ Virginis, „quæ erit dies nona mensis Decembris „proxime venturi, habendam esse sta- „tuit, & decernit, cum potestate etiam „abbreviandi, in qua Sessione tractabi- „tur de sexto nunc in eam dilato ca- „pite, & de reliquis reformationis ca- „pitibus jam exhibitis, deque aliis ad „eam pertinentibus: si vero opportu- „num videbitur, & tempus patietur, „poterit etiam de nonnullis dogmatibus „tractari, prout suo tempore in Con- „gregationibus proponentur.,,

§. XXXIX.

*Hispaniæ Rex a Papa Synodi conti-
nuationem petens.*

Pallav. l. 24. c. I. num. I. Interea summus Pontifex, cum Sy- „nodum feliciter absolvi percuperet, totus in eo erat, ut Principes, ac præ- cipue Philippum II. qui potissimum ob- strepebat, ad consensum induceret: hic vero Rex præcipue Concilium continuari ex eo fine desiderabat, eoquod antea Synodus fuisset coacta ad definienda dogma-